

COMMENTARIA IN LUCAM, CAP. XII.

cognitio, juxta illud : « Nisi credideritis, non intelligetis : nisi ergo nec legem ad Christum ducentem, ut oportebat, interpretabantur, nec homines in Christum credere permittabant, itaque viam salutis et colum eis occluderant.

Tropologice S. Augustinus, lib. II *Quæst. Evang.* : Clavis scientie, inquit, est humilitas, quam nec ipsi intelligere, nec ab aliis intelligi volebant. Alludit ad illud *Isaiae* xxx, 22 : « Dabo clavem domus David super humerum ejus, et aperiet, et non erit qui claudat; et claudet, et non erit qui aperiat. Vide ibi dicta, aequa ac *Apoc.* iii, 7, ad illa. » Hanc dicit Sanctus et Verus, qui habet clavem David, qui aperit, et nemo claudit; claudit, et nemo aperit. » Hic est Christus.

53. CUM AUTEM ILLUS DICERET, COEPIERUNT PHARISEI ET LEGISPERITI GRANITER INSISTERE (Grecie ἀντίστητε, id est venire), id est graviter urgere, premere, constringere: Noster videtur legisse δέοντα, id est instare, insinare, ita ut vix manus a vi et verbere contineant, sed eodem radi sensu) et OS EIUS OPPRIMERE DE MULTIS. — Grecie ἀπορεύεσθαι, id est ab ore ejus elicere, notantes si quid illi excederet, quod arguere possent, uti explicatur versus sequenti, quod Belge vulgo dicunt: « Vermes ex naribus extrahere: » unde alli verfunt, « captiios interrogare; » Euthymius: « extemporales responsiones dolorosarum questionum expertere; » Theophylactus: « frequenter interrogare, et perplexum facere. » Noster Maldonatus censet nostrum interpretem legisse ἀπορεύεσθαι, id est os obstruere. Verum Scribe non volebant Christo os obstruere, sed variis querelis et questionibus eum premere, stimulare, stringere, ut cogarent sum aliquid contra legem vel Cesarem dicere, solidum, tranquillum et sanctum loqueretur.

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus docet primo, fugiendum esse hypocrisin, nec timendos esse homines, qui corpus possunt occidere, sed Deum, qui animam potest perdere; secundo, vers. 13, docet cavendam esse avaritiam, ac nimiam sollicititudinem virtutis, vestitus, etc., studendum vero elemosynæ; tertio, vers. 33, monet nos semper paratos esse debere ad diem mortis et judicii, utpote incertam et inopinatam; quarto, vers. 49, assertus se venisse ut ipsem, crucem et separationem ab amicis mittat in terram.

*Prima partem audivimus *Math. XVI, 6, et x, 26 et seq., et XII, 32; secundam magna ex parte *Math. VI, 20 et seq.; tertiam, *Math. XXIV, 43 et seq.; quartam ex parte *Math. X, 34 et seq. Quare partes secunda et quarta hic explicitando supersunt.*****

1. Multis autem turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, coepit dicere ad discipulos suos: Attende a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. 2. Nihil autem opertum est, quod non reveleatur; neque absconditum, quod non sciatur. 3. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur; et quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædi-

COMMENTARIA IN LUCAM, CAP. XII.

cabitur in tecis. 4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpos, et post haec non habent amplius quid faciant. 5. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. 6. Nonne quinque passeris veneunt dipondio, et unus ex illis non est in obliuione coram Deo? 7. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nclite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. 8. Dico autem vobis: Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei; 9. qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. 10. Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi; ei autem, qui in Spiritum Sanctum blasphemaverit, non remittetur. 11. Cum autem inducent vos in synagogas, et ad magistratus et potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: 12. Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipso hora quid oporteat vos dicere. 13. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem. 14. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit judicem aut divisorem super vos? 15. Dixitque ad illos: Videte, et cavete ab omni avaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita ejus est ex his que possidet. 16. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis ejusdem deditis uberes fructus ager attulit; 17. et cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? 18. Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea, et majora faciam; et illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, et bona mea, 19. et dicam animas mee: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comedie, bibe, epulare. 20. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te; quae autem parasti, cujus erunt? 21. Sic est qui sibi thesaurizat, et non est in Deum dives. 22. Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse animæ vestrae quid manducetis, neque corpori quid inducamini. 23. Animæ plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum. 24. Considerate corvos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, et Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illi? 25. Quis autem vestrum cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? 26. Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? 27. Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis. 28. Si autem fecerum, quod hodie est in agro, et cras in elibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos pluris estis illi? 29. Et vos nolite querere quid manducetis, aut quid hibatis; et nolite in sublime tolli. 30. Hec enim omnia gentes mundi querunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. 31. Verumtamen querite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis. 32. Nolite timere, pusillus grecus, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. 33. Vendite quæ possidetis, et date elemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficitem in celis, quo fur non appropriat, neque tinea corruptus. 34. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum sit. 35. Simi lumbi vestri præcipiti, et lucernas ardentes in manibus vestris; 36. et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis, ut, cum venerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, et faciet illos discubere et transiens ministrabit illis. 38. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tercia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi. 39. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paternafamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. 40. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. 41. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicas haec parabolam, an et ad omnes? 42. Dixit autem Dominus: Quis, putas, est

fideis dispensator et prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? 43. Beatus ille servus, quem, cum venerit dominus, inventerit ita facientem. 44. Vere dico vobis, quoniam supra omnia quae possidet, constitutum illum. 45. Qued si dixerit servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire; et cœperit percutere servos et ancillas, et edere, et bibere, et inebriari: 46. veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua nescit, et dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet. 47. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non preparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis; 48. qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo; et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo. 49. Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur? 50. Baptismo autem habeo baptizari; et quomodo coarctor usque dum perficiatur? 51. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem: 52. erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi, tres in duos, et duo in tres 53. dividuntur: pater in filium, et filius in patrem suum; mater in filiam, et filia in matrem; soror in nurum suum, et nrum in socrum suum. 54. Dicebat autem et ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicatis: Nimbus venit, et ita fit; 55. et cum Austrum flantem, dicatis: Quia aestus erit, et fit. 56. Hypocritæ, faciem cœli et terre nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? 57. Quid autem et a vobis ipsis non judicatis quod justum est? 58. Cum autem vadis cum adversario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trabat te ad judicem, et iudex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerem. 59. Dico tibi, non exies inde, donec etiam novissimum minutum reddas.

1. MULTIS AUTEM TURBIS (Græco τῶν ποπλέων τῷ ἡρῷ, id est myriadicis turba: myrias præcise continet decem milia, sed inde consequenter sumitur pro immensa multitudine, ut fit hic; concurrendibus corrige cum Roman.) CIRCUMSTANTIBUS. — Græco ἐπαναγνώσσων, id est simul aggregatis, collectis et adunatis.

2. ATTENDITE A FERMENTO PHARISEORVM, quod EST HYPOCRISIS. NIHIL AUTEM OPERTUM EST, QUOD NON REVELETUR. — q. d., ait Beda: « Attendite ne semelimini simulatores, quia veniet profecto tempus, in quo et vestra virtus omnibus, et eorum reueletur hypocrisis. »

Cetera explicui Matth. x, 26.

6. NONNE QUINTQUE PASSERES VENIENT (venduntur) DIPONDIO. — Græce, διδυάς ασσαρίς. As vel assarion enim est nummi ærei, quod et libella dictum est, eo quod libra pondus haberet, quales decem valebat denarius, nummus argenteus: cum ergo denarius valeat quinque stateros Belgicos, ac decem baicos Romanos, sequitur quod assarion erat idem quod baicos: porro assari duplum dicebatur dipondius, vel dipondius, a duobus ponderibus, quia scilicet duos asse ponderabat. Ita Varro. Porro Mathæus, cap. x, vers. 29, ait: « Nonne duo passeres veneunt asse? » Unde recte et conformiter Lucas hic ait: « Nonne quinq[ue] passeres veneunt dipondio? » id est duobus assibus. Recte autem Jansenius nota hæc intelligi de assibus non libralibus, sed sextantariis, vel uncialiis, ideoque græco diminutive vocari asseria.

Assarion enim, ut ait Euthymius, non significat assem, cum sit ejus diminutivum, sed genus minimi nummi et oboli. Vide dicta Matth. x, 26.

43. AUT AUTER EI QUIDAM DE TURBA: MAGISTER, DIC FRATRI MEO UT DIVIDAT NECUM HEREDITATEM. — q. d. Frater meus mihi injuriosus, solus vult occupare hereditatem paternam, nec eam mecum pariri: jube ergo illi ut id faciat. Tu enim tua auctoritate id verbo percives, quod ego per iudicem multis litibus perficerem non potero: tu enim esti justitiam tueri, et oppressos sublevare; tu enim es iustitiae patronus.

14. AT ILLE DIXIT: HOMO, QUI MI CONSTITUIT JUDICEM AUT DIVISOREM SUPER VOS? — « Homo: » sic more Hebreo vocat ignotum, ut et Petrus, xxx, 38: « homo, non sum; » et vers. 60: « Homo, nescio quid dicis. » Sensus est, q. d. Hoc iudicium est forensium, queritatem non meum, qui coelestem hereditatem doceo et dispergo. Non ergo negat hic Christus se habere potestatem iudiciorum; ipse enim erat Rex regum, et dominus dominantium: sed ea hic ut noluit apud hominem cupidum, ut illi cupiditatem eximeret, ac terrena precelestibus contempnere insque ultracedere doceret. Juxta illud o. vi, 29: « Ab eo qui auferit tibi vestimentum, clam tunicae non prohibere. » Bene terrena declinat, ait S. Ambrosius, qui propter divina descendat, etc. Unde non immerito refutat hic frater, qui dispensatorem coelestium gestiebat corruptilibus occupare; et simul ut doceret Ecclesiasticos et spirituales viros,

secularia non debere tractare, sed divina, iuxta illud Pauli, II Timoth. ii, 4: « Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. » Ita S. Ambrosius, Euthymius, Beda, et Lyranus ex S. Augustino, serm. 196. Id intellige, nisi fidellum par, charitas et pietas aliud exigat; quia de causa olim Episcopi secularis fidellum lites dijudicabant, uli se fecisse testatur. S. Augustinus, lib. De Operæ Monachorum, cap. XXIX.

15. DIXITQ[UE] AD ILLOS (tum discipulos suos, ut habet Syrus, tum ad turbam presentem; preterim ad illum qui cum fratre de hereditate dividenda contendebat): VIDETE (in hac contentione fratrum quanta damna inferat avaritia; dum enim unus avarus non vult hereditatem cum fratre dividere, alter nimis cupide et intempestive divisionem urget, orиuntur lites et dissida fratrum, aut videte) ET CAVETE (id est attente cavete, ut si Hendiadys) AB OMNI AVARITIA. — Græce θεωρεῖς, id est cupiditas, q. d. Non solum caveles a cupiditate rapienti aliena, sed etiam a nimis aviditate conquerenti vestra; qui enim nimis inibitant opibus terrenis, negligunt celestes. Ita Augustinus, serm. 28 De diversis, explicit r. ab omni: « Non solum, inquit, avarus est qui rapit aliena, sed etiam ille avarus est, qui cupide serva sua. » Porro Arabicus verit, videte et cavele ab omni malo, quia omnis mali causa est avaritia, iuxta illud I Timoth. vi: « Radix omnia malorum est cupiditas. »

FRUCTUS MEOS. — « Nondum, ait S. Basilus, colligit fructus, et jam avaritiae iudicium incurrit (dum sicut nuncupat): quot enim pericula imminent ante fructuum collectionem! nam et grandiose confringit, et aestus ex mediis manibus rapit, et pluvias intempestivas et montibus erumpens iniuriles facit. »

18. ER DIXIT: HOC FACIAM: DESTRUAM HORREA, ID EST IN ABUNDANTE CEUSQUAM VITA EJUS EST EX HIS QUE POSSIDENT. — q. d. Non quia abundat quis opibus, idecirco etiam vita ejus est abundans, ut scilicet sit longior et beatior ob multa quae possident; qui potius brevior est et miserior, ob soliditudinem et luxum, que duo multas divitias sequi vel comitari solent. Unde Syrus verit, non in abundantia divitiarum est vita; Arabicus, quia non est abundantia homini in multis bonis suis, q. d. Abundantia vitam non prolongat, sed potius abbreviat. Audi Theophylactum: « Non confinetur vita mensura abundantia: neque enim qui nulla possident, diffitius vivit, neque comitatur divitiarum multitudine vite longevitas. » Et Euthymium: « Non quia homo quispiam divitias abundat, vita ejus abundantia ex tali abundantia; non secundum haec accedit vita mensura. »

Sensus est, q. d. Tu, o homo, qui avide petis tuam partem hereditatis a fratre, illam petis ut diuultus et commodus vivas. At erras, quia divites, ob curas et epulas quibus indulgent, sepe brevis et miseris sunt vita; vis ergo diu et commode vivere, sperne opes, esto pauper spiritu, spes opesque tuas in uno Deo repone. Deus enim solus longevitatis et felicitatis est dator; ut hoc ostendat Christus, addibit sequentem parabolam. Audi S. Ambrosium, De Abel et Cain, lib. I, cap. v, in fine: « Si queris thesauros, accipe invisibles et occulitos, quos in colis altissimis, non quos in

(1) « Horrea, seu granaria, Græco ἀπόθεται, erant cavernæ subterraneæ, ubi Orientis cives frumentum, vinum, oleum, etc., futuri usum reservare solerant.

quia illarum usum hominibus invides, ut omnibus ad te retractis, omnes earum prives utilitate, imo te ipsum: sicut enim frumentum in terram eandem lucrum projiciunt parit, sic panis in esuientem projectus multam tibi in posterum reddet utilitatem.

19. **ET DICAM ANIME MIE: ANIMA, HABES MULTA bona posita in annos plurimos: REQUIESC, COMEDE, BIBE, EPULARE.** — Rursum errat et peccat hic dives, primo, promittendo sibi annos plurimos, cum sequenti nocte sit moriturus. Qui sibi longa tempora promittebat, diem sequentem non vidit, ait S. Gregorius, lib. XXII Moral., cap. vi. Unde S. Cyrillus in *Catena*: Habes quidem, ait, o dives, in horris fructus, sed annos plurimos unde habes? Secundo, dando se gulae et luxuria, dicens: « Come, bibe, epulare, quasi Epicureus, qui post mortem nulla voluptas. »

REQUIESC. — Cum peste avaritiae jungitur pestis desiderii, ait Glossa. S. Basilus: « Si porcinam, ait, habuisses animam, quid aliud ipi enuntiari potuisse? Itane pecunias tu, ita bonorum anime ignarus, eam ut exceptes carnis epulis, et quecumque alvi successus recipit, anime destines, etc. ? Jam quando terra sapia et Deum habet ventrem, totus quoque caro effectus vitiosus affectibus obsequeretur, audi a dignis appellationem: Stulte, haec nocte animam abs te repetenter. » Haec Basilus.

Sapienter monet S. Ambrosius, lib. II *De Interv. in Job*, cap. v: « Magna, inquit, illecebra delinquendi est, rerum affluentia secundarum; supinat, extollit, oblivionem auctoris infudit, etc.

20. **AUTEM ALII DEUS: STULTE, HAEC NOCTE ANIMAM TUAM REPETUNT A TE: QUE AUTEM PARASTI, CUJUS ERUNT?** — « Dixit, non vero, sed factio, immitten illi febrim, alienum morbum lethalem, quo effecti ut diviti conscientia sua haec dicaretur. Unde Euthymius: « Haec ei dixit, ait, per conscientiam: tunc enim conscientia mortem sentiens talia dissenserit. »

STULTE. — Quia in consilio tuo, in quo tibi sapiens videbas, nunc stultum te fuisse vides.

HAC NOCTE. — In nocte ablata est anima, qua lucem considerationis habere noluit, ait S. Gregorius, lib. XV Moral., queque tendebat ad tenebras gehennae, ut idem Gregorius notat, lib. II Moral., cap. ii.

REPETUNT (sollicet Deus ejusque angeloi, quasi execatores Dei, non easu, sed iusto Dei iudicio) « repetunt, quasi ab invito! ANIMA, A TE — ut omnium frugum opumque, quas tibi Deus dedit, omniumque rerum tuarum rationem ei reddas. Ita Toletus. Rursum « repetunt; quia anima tua non moritur cum corpore, sed est immortalis. Ad hec anima tua non est tua, sed Dei qui tibi illam inspiravit illamque tibi ut depositum credidit: jure ergo per instantem mortem illam nunc a te repetit.

Audi de morte cuilibet imminentis S. Hieronymus, epist. 3 ad *Heliodorum*: « Xerxes, ille rex potentissimus qui subvertit montes, maria constravit, cum de sublimi loco infinitam hominum multitudinem et innumerabilem vidisset exercitum, fleuisse dicitur, quod post centum annos nullus eorum, quos tunc cernebat, superfuturus esset. O si possemus in talem ascenderemus speculum, de qua universam terram sub nostris pedibus cerneremus! jam tibi ostenderemus totius orbis ruinas, gentes gentibus, et regnis regna collisa: et non Xerxes tantum exercitum, sed totius mundi homines, qui nunc vivant, in brevi spatio defuturos. »

QUE AUTEN PARASTI, CUJUS ERUNT? — « Non solum tibi non edent, ait Euthymius, non solum tua non erunt, sed nec manifestum tibi est cujus erunt, utrum heraderis an peregrini? amio in inuidit? quod ipsum etiam mororem adaget. » Addit S. Jacobus, cap. v, 3: « Mandubunt carnes suas, sicut ignis. » Vide ibi dicta. Vere S. Ambrosius: « Non nostra sunt, inquit, quae non possumus auferre nobiscum. Soli virtus comes est defunctorum, sola nos sequitur misericordia, quae tabernacula defunctis acquirit eterna. » Vide S. Augustinus, hom. 38 inter 30, ubi inter cetera ait: « Hoc tolit fiscus, quod non accipit Christus. » Vere sapient: « Quod, inquit, commodavit fortuna, toilet; quod mutuavit natura, repetet; quod paraverit virtus, retinebit. » Vide quo de vanitate et perniciose divitiarum ex Patribus congressi *Isaia*, v, 9.

21. **SIC EST QUI SIBI THESAURIZIT, ET NON EST** ^{Vera. 14.} **IN DEUM DIVES.** — q. d. Talem fidem, tam extenuoriter dives avarus, qui sibi, non Deo thesaurizat. Queres quis sit « dives in Deum? » in Deum Respondeo primo, « in Deum, » id est apud Deum dives, vel, ut ex Graeco *περιθετις* veritas, *ditescens*, quis? Responsum: qui per eleemosynam aliquaque bona opera, prima multa merita et presidia apud Deum quasi reconditas divitias habet, et in dies maiores recondit, uti fuit Apostolus, I *Timoth.* vi, 17 et sequitur. Vide ibi dicta.

Secundo. « in Deum, » id est in Deo, ut verit ^{secunda} Arabicus, dives est, qui soli Deo studet placere, qui in Deo omnem spem et amorem deficit, qui in Deo totaliter conquiescit, ut ab eo beatior coequi perfruatur in eternum. Unde Glossa: In Deum dives est, inquit, cuius expectatio est Dominus, eniisque substantia est apud Deum. « Deo dives, ait S. Augustinus, serm. 28 *De Verbis Apostoli*, est inops auri, » puta pauper spiritu, qualis erat Petrus dicens claudio: « Argentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu Christi, surge et ambula, » Act. iii. Idem, in *Psalm. XXXIX*: Christus, ait, « cum dives eset, pauper factus est, ut ipsius pauperiteres vos ditaremini. » Verso pauperes ditat, falsos dives pauperat, juxta illud: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. » *Math. v.*

Conemur itaque, ait Theophylactus, divites fieri in Deum, hoc est, ut in illum fiduciam habemus, et ut ille habeat nostras divitias et divitiaeum cellam, nec dicamus bona nostra, sed bona Dei: si autem Dei sunt bona, ne privenus Deum bonis suis. Hoc est ditari in Deo, credere quod si omnia dedero et evanescero me totum, non me aliquid rerum necessariarum defecturum est. Promptuarium enim meum Deus est, aperiam et tollam necessaria et quibus mihī opus fuerit.

Tertio, « dives, » id est largus « in Deum » est qui est liberalis in pauperes: quod enim eis fit, Deus sibi factum estimat, et premiat. Unde Beda: « Qui vult, inquit, in Deum esse dives, non sibi thesaurizat, sed pauperibus possessa distribuat. » Hic sensus bonus est, sed partialis. Nam non agit hic Christus precise de elemosyna, sed de veris divitis, quae docet esse non fruges et operi terra, sed virtutes et bona opera; has enim parere vitam longevam et beatam, tum in hoc seculo, tum potius in futuro.

Quarto. S. Augustinus, serm. 44 *De Temp.*, dividet Deo esse docet eum qui plenus est charitate, ideoque Deo: « Deus enim est charitas, et qui habet charitatem, in Deo manet, et Deus in eo, » I *Joan.* iv. Audi S. Augustinus: « Si charitatem *habes*, Deum habes. Quid habet dives, si charitatem non habet? pauper, si charitatem habeat, quid non habet? Tu forte putas quod ille sit dives, cuius area plena est auro, et ille non sit dives, cuius conscientia plena est Deo? Ille vero dives esse videtur, in quo Deus habilitate dignatur, »

Quinto. S. Augustinus, serm. 44 *De Temp.*, dividet Deo esse docet eum qui plenus est charitate, ideoque Deo: « Deus enim est charitas, et qui habet charitatem, in Deo manet, et Deus in eo, » I *Joan.* iv. Audi S. Augustinus: « Si charitatem *habes*, Deum habes. Quid habet dives, si charitatem non habet? pauper, si charitatem habeat, quid non habet? Tu forte putas quod ille sit dives, cuius area plena est auro, et ille non sit dives, cuius conscientia plena est Deo? Ille vero dives esse videtur, in quo Deus habilitate dignatur, »

Sexto. S. Augustinus, lib. II *Quest. Evang.*, Secunda. Quest. XXIX, explicat, q. d. Nolite superbire ex quo abundanter victu et vestitu. Nam tale est superbire, cum quis abundantia alimentis, ut si vulneratus se jacet quod multa domi habeat emplastrum, cui bonum esset ne uno quidem indigere, ait S. Augustinus.

Septimo. Euthymius, q. d. Nolite a sublimibus et ^{Vera. 29.} *παντοπλούσιοι*, quod variis explicant. **Primo.** In subtili Clemens Alexandrinus, lib. II *Pedag.*, cap. x, quid? explicat, q. d. Nolite a veritate abducere, ut aliora Primo.

Octavo. S. Augustinus, serm. 44 *De Temp.*, dividet Deo esse docet eum qui plenus est charitate, ideoque Deo: « Deus enim est charitas, et qui habet charitatem, in Deo manet, et Deus in eo, » I *Joan.* iv. Audi S. Augustinus: « Si charitatem *habes*, Deum habes. Quid habet dives, si charitatem non habet? pauper, si charitatem habeat, quid non habet? Tu forte putas quod ille sit dives, cuius area plena est auro, et ille non sit dives, cuius conscientia plena est Deo? Ille vero dives esse videtur, in quo Deus habilitate dignatur, »

Nono. Denique dives apud Deum, est abundans omni virtute, niti pulchra et fusa explicit S. Ambrosius, lib. IV, epist. 27 ad *Simplicianum*, cuius verba recitavi in *Petri*, iii, 4, ad illa: « In incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspicu*Bei* locupletis. »

Diecimo. Anagogice: divites Deo sunt beati qui Dei omnibusque Dei opibus perfruuntur. Unde S. Augustinus, serm. 74 *De Temp.*, concludit solos Beatos esse divites, tum quia Deum possident, tum quia nullus cogit: « Ille, inquit, vere dives est, qui nullus cogit; atqui soli Beati nullus cogit: ergo soli Beati sunt divites. » Hinc idem Augustinus, prefat. i., *Psalm. XL*: Christus, ait, « dives erat apud Patrem, et pauper apud nos; dives in celo, pauper in terra; dives Deus, pauper *lomo*. »

Undevigesimo. Quocirca sapienter S. Ambrosius, epist. 33 ad

(4) Formula *περιθετις* et *θάνατος*, divitem esse in celo, ait *Salmo* in h. l., notat: virtus cuiuscumque studio, divitiaeum cellam, ut redire gaudis propriis atque perpetuis in altera via expectantes, conf. vers 15 et 31, et loc. parallel. *Matt. vi, 19*, ubi legitur: *Theueriste autem vobis theueros in celo*. Jam vero sensus vers. 31 ita constituit debet: *Talis est sonus hominis qui operi terrena sibi congregat, in iisque operi collocat: subito moritur, et operi congregatis allis relinquere cogitur; nec ullum a Deo in altera via premium vita luxuriose ac male peracta expectant potest.*

Hinc ali vertunt, nolite ex alto speculari, quod

vulgo dicimus, nolite longos facere discursus, quasi nullum divinae providentiae locum relinquentes, vel de ea dubitantes. Et Franciscus Lucas: Ne, inquit, in sublime tollamini, ut scilicet procul ventura sollicite prospiciatis, ut in longum tempus futuri necessitatibus corporis consulatis et providatis, ut in longe futurum tempus distendatis sollicitudinem de victu et vestitu, quod clare explicat Matthaeus, vi, 34, dicens: « Nolite solliciti esse in crastinum. » Hec omnia eodem redeunt, vetantem nimil futuri sollicitudinem, ac jacent futura resurgere divinae providentiae, in caue confidere et secure conquiescere. Hoc Christi preceptum secutus S. Franciscus, voluit sanxitu suo in diem vivere, nihilque in crastinum reservare, sed quod diurno victui superest erogari in pauperes, certo confidentes Deum crastino victui prouisirum: uti Deus Elie et Paulo, primo eremiti, quotidie panem per corvum transmisit, ac filii Israel faciliter erant tres hominum (milliones) in desertu quotidie manna sufficiens ad diurnam sustentationem, de celo depluit per 40 annos, quin et vestes eorum illasas integrasque conservavit, immo cum pueris crescentibus illas pariter crescere effecit.

32. NOLITE TIMERE (ne virtus et vestitus vobis desit, si sollicitudine deposita possessiones vendatis et deficiant pauperibus, neve hinc non adjiciantur vobis), si primu[m] queraris regnum Dei, PUSILLUS GREEK, — id est parvus, primo, quia tum pauci erant fideles, itaque pauperes, vel conditione et censu, vel electione et sensu, sive spiritu; spernabant enim divitias terra, ut anhelarent ad colestes, ideoque coram mundo erant pusilli, id est viles et despici: jam vero fide et religiones Christi per totum orbem dilata, ut reges quoque et principes ei se subdant, non est pusillus grec, sed amplissima et potentissima Ecclesia. Secundo, grec hominum fidelium est pusillus, si conferatur cum angelis, qui sunt innumer, ait Euthymius, iuxta illud: « Millia millionum ministabant ei, et decies millies centena milia assiduebant ei. » Daniel. vii. Tertio, pusillus est grec fidelium, si comparetur cum maxima multitudine infidelium et impiorum.

Addit Beda: dicitur pusillus grec by humilitatem, vel ad comparationem majoris numeri reproborum. Tunc enim fideles omnes exemplo Christi ad Christianam humilitatem et paupertatem sponte sese demittabant, presertim Apostoli et discipuli Christi; unde his ait Christus: « Vendite que possidetis. » Graece est πως οι παρεξηγούμενοι, id est in time, parvus grec, vel pusillus: unde liquet παρεξηγούμενοι esse nominativi casus; sed nominativus ponitur hic, ut et alibi sepe, pro vocativo; Apostolos enim vocat et compellat continuo hic Christus. Si Livius ait, lib. I: « Audi, populus Albanus, » et Virgilius: « Projice tela manu, sanguis meus, » id est sanguis mi. Et: « Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, » id est

Agne Dei: nervosior enim et significantior hic est nominativus, quam si poneretur ipse in se vocativus. Quare, huc exponi posset supplingendo nonnulla, q. d. Nolite timere, vos qui estis pusillus grec, ut maneat nominativus, tamen brevis et nervosius, nil supplendo, nominativus ponitur pro vocativo. Nolite ergo timere, o fideles, quia licet sitis pusillus grec: tamen Deus vos magni aestimat, magnamque et singulararem vestimenturam, ac Christus Dominus est pastor uester, qui vos abunde pascet, iuxta illud: « Ego sum pastor bonus, » Joan. x, 11; et illud: « Dominus regit me, et nihil mihi deerit, in loco pasuone ibi me collocavit, » Psalm. xxi. Audi B. Petrus Chrysologus, serm. 22: « Grec pusillus mundo, magnum est Deo; » et serm. 33: « Aquisivit humilitas, superbia quod amisit, et grec pusillus ac mitis totas et varias edomuit propria manuscente feritatis: pusillus grec vicit ac fregit tot genera bestiarum, quot diversitas subdidit iugis Christi nationum; » idque fecit non ferendo, sed patiente; non pugnando, sed moriendo pro Christo.

QUA COMPLACUIT PARI VESTRO DARE VORIS REGNUM. — « Vobis, » non pigris, non ostantibus, non in sola Dei misericordia presumentibus, sed verbo iussaque mea crudeliter, et reipsa exquentibus, ideoque crucem post me portantibus, passiones uestras mortificantibus bonis operibus assidue incombentibus. « Dare, » non absolute, sed conditio, si videlicet in mea fide, amore et obediencia usque ad mortem perseverent; nec enim Judea a Christo postea descendit datum fuit hoc regnum. Rationem dat Christus, cur discipuli, licet pusilli et pauperes, non debent timere ne necessaria eis desint, q. d. Cum Deus vos ita amat, ut destinat ad opes coelestes, ipsumque Dei colique regnum, utique non negabit opes hasce villes terrenas in quantum illa necessaria sunt ut tendatis ad regnum coeleste, illudque verbo et vita evangelizet. Ita S. Cyrilus in Catena: « Quis tanq[ue] pretiosa largitur, at, quomodo non erit vobis erga vos ut alat, sed simus vos fami mori? »

33. VENDITE QUE POSSIDETIS, ET DATE ELEEMOSYNA. — Consilium est, non preceptum, ut tolerabat Pelagius, dicens omnes Christians deberet esse pauperes ex precepto Christi. Nam hoc esse consilium, patet ex verbis Christi, Matth. xix, 17 et 21: « Si quis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia, etc. » Sensus ergo est, q. d. Ut studentis perfectionis Evangelicae, vendile que possidetis, et premitum date pauperibus, ut mox pauperem spiritu in simili paupertate sequamini, ac mecum contempnatis opes terrestres, ut obtineatis celestes. Insuper id facile hoc fine, ut ostendatis vos non esse sollicitos de victu et vestitu, sed totos pendere a Dei providentia, ab eoque expectare vite necessaria, que regnum suum querentibus ipsis promisi. Hac de causa hoc Christi consilium

secuti primi Christiani, omnia sua vendebant et premium ponebant ad pedes Apostolorum, ut ipsi illud inter pauperes fideles distribuerent, Act. cap. ii, vers. 3 et 4. Ita Beda: Nolite, ait, timere defutura vobis necessaria vite, quia etiam possesse vendite ab elemosynam; quod tunc digne fit, quando omnibus spretis ex labore manuum quis vivit et elemosynam dat.

FACITE VOBIS SACCELOS (Graece ζάχαρα, id est

marsupia, crumenas, bursas) qui non veterescunt (ac prouinde ex quibus excedere, et perdi neque pecunia spiritualis elemosyna, uti saepe excedit et perditur pecunia temporalis ex sacculus et crumenis divitum, vetustate atritis et laceras. Sacculi hi non veterescentes sunt sinus pauperum, ac magis mens et memoria Dei, in qua quasi in sacculo servat Deus vestras elemosynas et bona opera, ut amplissimum eorum merecedat vobis in die iudicii tributauit. Id explicit, subdens): THESAURUM NON DEFICIENTEM IN COELIS (repete facite et parate vobis per opera pietatis et charitatis), QO FUR NON APPROPRIAT, NEQUE TINEA CORRUPTIT. — Illo recte interf Chrysologus, serm. 25: « Quid ergo cum terra illi qui possidet column? quid illi cum humanis, qui adeptus est jam divina? nisi forte placent genitius, eliguntur labores, amantur pericula, possima more delectat, et illata mala bonis sunt gratioria collatis. »

34. UBI ENIM THESAURUS VESTER EST, IBI ET CONVENTRUM ERIT. — Hoc est ratio a priori, cur dixerit: « Vendite que possidetis, et date elemosynam; » ut scilicet ostendatis vos habere cor, non in aere, sed in aethere, quia ubi thesauros est, ibi est et eorū: si ergo thesaurem vestrum, per elemosynam, collocetis in celo, ostendetis pariter convestrum fixum esse in celo, non in terra; in Deo, non in auro. Thesaurus enim hominis est id quod ipse amat, charum habet, magni aestimat, in quo spem suam reponit, etc. Cetera require Matth. vi, 20.

35. SINT LUMI VESTRI PRECINCTI, ET LUCERNAE ARDENTES IN MANIBUS VESTRIS, ET VOS SIMILES HOMINIS EXPECTANTIBUS DOMINUM SUUM, QUANDO REVERTATUR A NUPERTI. — Syntis, et precincti vestri lumbi, et accessus lucerne vestra. Sic et Arabicus, Egyptius, Ethiopiae et Persicus. Hic sic cum precedentibus connecte. Dixit Christus complacuisse Patri dare illis regnum; vendite ergo que possidetis et date elemosynam, ut per eam hoc regnum ematis: nunc urgat ut ad hoc regnum, volunt instans, studiose se comparant, ac precincti lumbi, viam ad illud omni alio cura abjecta incaut et capessant, q. d. Estate parati, et omnibus virtutibus bonisque operibus et meritis, presertim elemosynæ et contemptus opum, instructi, ut Christo Domino e celo et coetus suis gaudisque ad vos in morte, ad iudicium anima vestra reverterentur, digni occurris, ac ab eo celo adjudicari, et in celum deducere mercamini.

Lum
precincti
ci

Primo ergo de operari lumbos ad opus praecinctibus, sic exponit Theophylactus: « Sint lumi vestri precincti, » hoc est, omnibus modis parati estote ad opera Domini vestri, et « lucernae ardentes in manibus vestris, » hoc est, ne in tenebris et absque iudicio versemuni; sed sit vobis lumen verbi, quod monstrabit vobis que facienda et que non facienda sint. Est igitur hic mundus, nox. Sic quoque exponit Euthymius et Titus: q. d. Parati et prompti estote ad omne bonum aggrediendum.

Secundo, de ministrantibus Christo et pauperibus per elemosynam (de hac enim sermo proxime praecessit) exponunt alii, q. d. Praecincti lumbos, ut sitis expediti et agiles ad ministrandum Christo et pauperibus: quia de re extat pulchra visio in Vita S. Joannis Eleemosynarii, qui promptissimus semper erat ad dandum cuique petenti elemosynam, cap. xxix, ubi dux ad mutum praestandum tardior, visione centuplre remunerations docetur esse celerior.

Tertio, de viatoribus lumbos ad iter praecinctibus explicant alii, q. d. Praecincti lumbos, ut sitis expediti ad iter in celum, de quo sermo praecessit; ad illud enim grandis vobis restat

via. Nam oculum empyreum plusquam daentius millionibus milliarium distat a terra, ut ex P. Clavio ostendi Genes. I. Quare, etiam si quotidie per centum milliarum recta sursum ascenderes, nequidem post ducentos annos ad empyreum pervenires. Quia de causa, cum hoc tibi sit impossibile, Deus statui ut non gressibus corporis, sed affectibus vniuersi magnis passibus eo contuleres. Quocirca anachoreta ille, apud Joannem Moschum, in *Prato spirituali*, per visionem hae de re est admonitus. Cum enim videtur sibi celo appropinquare, velletque illud ingredi, audivit ab angelo: « Nemo piger hue ingreditur: ite, certate, contemnit vanitas seculi. » Et Barlaam ad Josaphat, apud Damascenum, in *Hist. cap. xiv.*: « Longum iter, at, vos incedundum est, quod multo huius vite viatico opus habeat, ut ad sempiternum locum, in quo mansiones multi sunt, pervenias. » Huc faciliter illud S. Petri, epist. I, cap. I: « Succincti lumbos mentis vestre, ite, perfecte sperate in eam que offertur vobis gratiam, in revelationem Jesu Christi, quasi filii obedientiae, non configurari prioribus ignorantiae vestre desideris, sed secundum eum qui vocavit vos, Sanctum, ut et ipsi in omni conversatione sancti sitis. »

Alludit ad exitum et transitum (unde Hebreus est *pascha*), Hebreorum ex *Egypto* in terram promissam, qui est figura Sanctorum ex terra transiunt et contendunt in celum: Hebreus enim ita iussit sanxitque Deus in esu agni paschalibus, pro felici transitu immolandi: « Renes vestros accingitis, et calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, » quasi accincti et expediti ad iter inchoandum, « et comedet testimoniator: est enim phase, id est transitus Domini. » Idem faciendum est mystice Christianis. Vide ibi dicta.

Quarto, nuntii et legati accingunt lumbos ut sint celestes ad legationem obeundam. Hinc angelii, qui Dei nuntii sunt, pinguunt lumbos accinctis, quasi veloces et agiles ad exequendum jussa Dei, juxta illud: « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. » *Hebr. I.* Ait ergo Christus: « Vos, o Apostoli et discipuli, accingite lumbos, usque ad sultus mei legati per totum orbem, ut scilicet annuntiatis fidem Evangelicam Grecis, Romanis, Italis, Gallis, Hispanis, Indis, Brasiliis, Japonibus, Sinis, etc. Ecco ego mittos: ita ergo animose, velociter et ardenter instar angelorum, juxta illud *Isaia*, *xvi*, 2: « Ite, Angel velocios, ad gentem convulsam et dilaceratam. » Et cap. *LVI*, 7, quod citat Paulus, *Rom. x*, 15: « Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! »

Quinto, milites et athlete accingunt lumbos, ut accincti sint fortiores fortiusque pugnent: lumbi enim, cum toti sint carni et infirmi, cingulo strunguntur, ut stricti sint firmi et robusti. Sic et vos, o Christiani, accingite lumbos cingulo stro-

ninitatis et fortitudinis, ut quasi milites Christi fortiter contra diabolum, carnem et mundum dimicet, vineatis et triumphetis, juxta illud Pauli, *Ephes. vi*, 14: « State succincti lumbos vestros in veritate, et induit loriam justitiae, » etc. Ubi multa hoc de re dixi. Sie David ait, *Psalm. xxvii*: « Preexcisti me virtute ad bellum. » Et *Job*, cap. *xxxviii*: « Accinge sicut vir lumbos tuos. » Et *Exod. xii*: « Renes vestros accingitis; » ibant enim armati armis expugnatur terram promissionis. Unde Origenes, homil. 9 in lib. *Judic.*, censem illud ad milites Gedeonis, qui preexcipiunt lumbos Madianitas, ac tenentes lampades, id est faces accensas in lagenis, eas inter se compludentes, emicante flamma perceluerunt Madianitas, ut eos in fugam, imo in mutum necem adiigerent.

Sexto, baji, ut fortis ad portanda onera,

nece illis rumpantur et herniam contrahant, lumbos

succingunt: sic et vos, o fideles, accingite lumbos

vestros singulo patienties, ut generose omnia adverteretis. Ita *Cyrillus*, in *Catena*: « Prompti

sitis, inquit, ad sustinenda mala. »

Septimo, continenties, ut carnem doment et quibuslibet pravia concupiscentias motibus gene-rose resistant, cingunt se cingulo continentis, id est abnegationis et mortificationis, quo omnia prava desideria, que ex concupiscentia assidue oborbiuntur, abnegant, refutant, mortificant, re-scant. Ita Simeon Stylites lumbos nudos succen-xit aspero fine stilule, qui secaebat eum usque ad ossa: ingrossus enim est carnem ita, ut vix appareret, quocirca caro ipsa computruit, et regre-curari sanctorum potuit, ut narrat Antonius ejus discipulus in ipsius Vita, cap. III. Theodoreus vero, in Vita Simeonis, asserit funem hunc contextum fuisse ex palmis, ideoque aspergimus, quem Simeon tam arcere carni appresist, ut tota illa pars cui fuerat impositus, circumferat ex-lareretur, guttisque sanguinis emitteret. Mox prefectus monasteri, inquit, id resciens, vix illi solvit vinculum; sed nec sic persuasi, ut illi ulceri ullam adhiberet medicinam. Quare illum a monasterio dimisit, ne imbecillioribus ea que essent supra vires similari conantibus, danni causa fieret. Sic multi Sancti lumen gestarunt, et etiamcum gestarunt cingula ciliciana, ut carnem domino. Hinc *Judith*, cap. IV: « Ut offerent, inquit, Deo sacrificia preexcipi cilicias. » Hujus meminit S. Hieronymus, *Jerem. I*, et *Ezech. VI*, et appellat cingulum mortificationis, affirmatque cingula Elie et Joannis Baptiste talia fuisse. Denique Paulus, *Coloss. III*: « Mortificate, ait, membra vestra, que sunt super terram, immunitatem, libidinem, concupiscentiam pravam, avaritiam. » Unde S. Augustinus, serm. 39 in *Verbis Dom.*, et lib. II *De Consensu Evangel.*, cap. *xxv*: « Preexcipi lumbos, inquit, hoc est omnes appetitus et affectus circa res sensu cor-tralite et mortificate. »

ET LUCERNÆ ARDENTES IN MANIBUS VESTRIS. —

Jussit Christus nos lumbis preexcipi esse exper-ditos ad bona opera, et ad iter in celum, nunc apposite requirunt lucernas ardentes; hec enim nocte requiruntur ad operandum, aquae ac ad iter incedendum: hec autem vita nostra est mystica nox, plena ignorantiae, errorum et concupiscentiarum tenebris. Igitur ut in ea nocte incedamus et operemur, lumina et lucernas accensis est opus: proprie autem aliud ad nuptiale convivium, quod noctu peragi solet cum lumenibus, q. d. Sicut noctu famuli dominum et nuptias redeuntem accen-sis facibus expectant et praecant; sic et vos me e celo ad vos morte redemente vigiles expectate, et cum facibus spiritualibus mihi occurrite, quia nescisti diem et horam mortis vestre, et adventus Christi ad vestrum judicium; illud ergo, si sapitis, singulis horis parati expectate. Sic enim virginis lampadibus accensis sponsum prestolant, *Math. xxv*. Eadem enim fere est parabola hec Lucas cum illa Matthei.

Quares quidnam significant lucernae ardentes? Respondet primo *Theophylactus* significare hoc, q. d. Adsit vobis lux rationis et discretions, ut dignoscatis quid et quomodo agendum sit. Rursum adit vobis lucerna, id est fides, sed ardens charitate et fervore spiritus: hec enim quid agendum, quid evandum sit ostendit: hec quoque ad actus virtutum heroicis vos impellat; hec pariter vos incitat, ut alios fidem et viam salutis docere et amorem Dei accendere salagatis, nos paterni aliquos in tenebris ignorantiae, inquit *Cyrillus*, et peccatorum vivere. Ita S. Augustinus, serm. 39 in *Verbis Dom.* Accedit S. Hieronymus (vel quisquis est auctor), in cap. I *Jerem.*, qui lucernam tenere in manibus, ait idem esse quod predicare Evangelium.

Mystice: « Habent suum ista mysterium: nam in lumborum preexcitione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur, » ait *Celestinus*, epist. 2 ad *Euseb. Gall.* Sie et S. Gregorius, hom. 43, per lucernas ardentes accipit bona exempla. « Lucernas, inquit, ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Duo sunt quae jubentur, et lucernas tenere; ut lumbos restringet, et lucernas tenere; ut et munditas sit castitas in corpore, et lumen veritatis in operatione; nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec bonus opus aliquid est sine castitate. »

Rursum S. Augustinus, lib. II *in Quest. Evang.*: Lumbi preexcipi, ait, sunt continentis rerum secularium; lucernae ardentes, sunt idipsum verum et recta intentione facere. Insuper S. Maximus: « Lucernae accensis, inquit, sunt oratio, contemplatio et spiritualis dilectio. » Denique Origenes, hom. 9 in lib. *Judic.*, censem hic alludi ad lampades, id est tredas millium Gedeonis: sicut enim ipsi complosis lagenis, et tredas inde emicantibus ac effulgaribus perterruntur

Medianitatis; sic Apostoli et Martyres corporibus per martyrium complosis et fractis, corporum corsu care miraculis, quibus in fugam versi sunt persecutores, itaque eorum doctrina, aquae ac sanctificas toto orbe inclauruit, ut pulchre explicat Beda in *Quest. super libr. Judic.*, et fuisse S. Gregorius, lib. XXX *Moral.*, cap. XXXI et seq. Vide historiam *Judicium*, cap. VII.

IN MANIBUS VESTRIS. — Haec verba non legunt Graeca, Syrus et Arabicus, nec Greci Patres, ut Origenes, Clemens, *Cyrillus*, Chrysostomus, Basiliscus, Titus; nec ex Latinis S. Ambrosius, S. Cyprianus, Hilarius et Augustinus, serm. 39. Illa tamen legit S. Gregorius, homil. 13; Ireneus, lib. IV, cap. LXII; et S. Hieronymus, in *Ephes.* XVI, et *Jerem.* I; ab *Biblicorum codicis Romae* copiati. « In manibus » ergo, id est pra manibus, ad manus, scilicet juxta vos, coram vobis, ut vobis operantibus lucem praebant ad opus: nec enim operantes solent lucernas in manibus tenere, sed hanc se. Rursum proprie « in manibus », ut cum illis quasi famuli Christo Domino venienti occurrit. Ex hac Christi sententia ortus est mos, fidelibus in agone dandi in manus cereos benedictos accensis, ut testentur se fide et charitate ardenti occurrere Christo, itaque ad id excitentur. Vide *Amalarium*, *Rabanum* et alios qui de Officis Ecclesiasticis scripserunt.

Addit S. *Cyrillus*, lib. IV *De Adorat. in spiritu et veritate*: « Et calceati pedibus vestris. » Verum caeteri omnes id non habent: quare videtur S. *Cyrillus* illud ex Paulo, *Ephes.* VI, 13, per inadvertitum huc transcripsisse.

ET VOS SEMILES HOMINIBUS EXPECTANTIBUS DOMI NUM STUT. — Tertium est hoc Christi preceptum, vel potius tercia eiusdem precepti pars: prima enim est lumbos preexcipere; secunda, lucernas tenere; tercia, dominum expectare. Huc enim duas priores referuntur. Sensus est, q. d. Et vos ita plane parati et composti sitis, sicut solent esse famuli noctu expectantes dominum; scilicet vigilie, preexcipi lumbis, tenentes lucernas ardentes. Unde *Maldonatus* putat unam eademque esse hanc parabolam, sed trimembrem; *Iansenius* censem esse diversam; sed eodem res edit: quia, ut dixi, haec est alia et tercia pars parabolae, ad quam duae priores tendunt et diriguntur. *Expectant dominum*, ait *Toleatus*, qui se hic peregrinos testimonia desiderio Christi flagrant, crebro et quasi jugiter de eo cogitant, intentum in eum habent animum, ejus amore et spe patienter ferunt adversa, et qualibet incommoda, timent eum offendere, quem jam venientem ante oculos habent: facile contemnunt ea omnia, que ad adventum ejus non faciunt; si delectantur, que illi grata esse cognoscunt: vilpendunt tempora libo spem eternorum.

Symbolice: « sint lumbi vestri preexcipi » docet nos hic quasi peregrinos tendere ad padriam celestem, juxta illud I Petr. II: « Obsecro vos

tanquam advenas et peregrinos abstineremus vos a carnalibus desideris, que militant adversus animam. » Secundo, ἃ ετι τερναί ardentes in manib[us] vestris notat nos debere per virtutes omnibus prelucere, iuxta id quod subdit Petrus:

Conversationem vestram inter Gentes habentes Lonam. » Tertio ἃ ετι τοι similes hominibus exspectantibus dominum, monet nos spe in celo debere esse defixos, iuxta id quod addit Petrus: « Perfecte sperate in eam que vobis offertur gratiam. »

Rursum S. Augustinus, serm. 39 *De Verbis Domini*, asservit haec tria esse illa, de quibus Felicem presidem admonuit Paulus, *Actor. xxiv*. Docebat, ait, Paulus eos de confitentia, de justitia, et de spe vita eterna; huius namque summa vita Evangelica comprehendit. Secundo, hisce tribus denotantur tria munia vite Apostolice. Primo enim lumbi preincipi notant Apostolos mitti a Christo ad evangelizandum per totum orbem, et simul ad pugnandum contra omnes demones, tyrannos, infideles, vitia, iuxta illud: « Dedi vobis potestatem calcare super serpientes, et omnem virtutem inimici. » *Luce xi*. Idecirco enim precinguntur hic cingulo militiae Christianae et Apostolice, quasi in p[re]lum acerrimum contendant. Secundo, lucernae ardentes notant eos sua predicationes et doctrina omnia illuminare debere, iuxta illud: « Vos estis lux mundi. » *Matth. v*. Tertio, ἃ ετι τοι similes hominibus exspectantibus dominum, significat eos vitam presentem, et omnia quia in mundo sunt, debere spernere et calcare, ac vitam agere coelestem et divinam, ut mente et corde in celo sint fixi, iuxta illud *Pilipp. iii*: « Nostra conversatio in celis est. » Subdit Paulus finem, fructum et premium: « Unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre, configuratum corpori claritatis sue, » q. d. Ide spernimus terrena, ambitus celestia, quia certa spe exspectamus Christum, qui nos beatit et glorificabit in eternum. Ita T[er]tius.

Hec tria semper in mente fixa habuere primi Christiani, qui quasi peregrini terre et cives coeli, opes, honores, delicias ipsamque vitam presentem pro Christo ultra profundebant, quia certo exspectabant post brevem hanc vitam instantem Domini adventum, scilicet vitam beatam et eternam a Christo sibi tradandam: quae sane vera est sapientia et prudens. Id videtur est in Pontificibus, Virginibus, Martyribus Romanis per trecentos annos a S. Petro usque ad S. Sylvesterum, qui in continuis persecutionibus gaudebant spoliari bonis, incarcereari, flagellari, occidiri, comburi, ut Christo fruerentur in celo. Eminent inter alios S. Cecilia, que astate, pulchritudine, opibus, nobilitate florens, ultro bellissime omnia prodegit pro Christo, ac ejus animum tam ex celsum mirantibus, misericordibus ac compl-

rantibus amicis, hilaris et exultans procedens ad locum martyrii, causam dedit: « Hoc, sit, non est juventutem perdere, sed mutare: hoc est dare lutum, et accipere surum; dare habitaculum vile et parvum, et accipere palatum magnum et amplissimum et lapidibus pretiosum et auro constructum; dare rem perituraam, et accipere rem que finem nescit et mortem ignorat. » Et paulo post: « Deus noster Jesus Christus non dat pondus ad pondus, sed quod simplus accepit, centuplo reddit, insuper et vitam eternam. » Ita habent ejus Acta.

Quocirco Christiani vita non debet esse aliud quam exspectatio Christi, ut cum liberat ab haec vita misera, vili et exili, tot timoribus et periculis obnoxia, cumque conducat ad suum in celis regnum et gloriam eternam. Hinc Propheta et Paulus passim docent fidèles ita pie et sancte debere vivere, ac mundana omnia contempnere, ut avide et assidue exspectent adventum Christi. Ita Jacob patriarcha mortiens, anhelans ad adventum Christi: « Salutari tuum, ait (id est salvatorem tuum) exspectabo, Domine, » *Gen. xlxi*. Job, cap. 14: « Cunctis diebus quibus nunc miliito, inquit, exspecto donec veniat immutatio mea. » Psalter: « Exspectans, ait, exspectavi Dominum, » *Psalm. xxxix*. 1. El: « Exspecta Dominum, viriliter age, confortur cor tuum, et sustine Dominum, » *Psalm. xxvi*, 14. *Isaias*, cap. viii, 17: « Exspectabo, ait, Dominum. » Et cap. xxv, 9: « Exspectabimus eum, et salvabit nos: iste Dominus, sustinuit nos: exstabimus, et habebimur in salutari eius. » *Jeremias*, *Thren. iii*, 24: « Pars mea Dominus, ait, propterea exspectabo eum. » *Michaæs*, vii, 7: « Ego autem ad Dominum aspiciam, exspectabo Deum salvatorem meum. » Ita S. Joseph ar Rimaitha, spropto *Judeorum metu*, Christum sepelit, quia « exspectabat regnum Dei, » *Luc. xiii*, 31. *Paulus*, *Rom. viii*, 19: « Exspectatio creature, ait, revelationem filiorum Dei expectat. » Et vers. 23: « Nos ipsi primiti spiritus habentes, et ipsi nostra non genitus, adoptionem filiorum exspectantes, redemptiōnē corporis nostri. » *Galat. v*, 5: « Spem justitiae exspectantes. » *Pilipp. iii*, 20: « Unde etiam Salvatorem exspectamus. » *Act. Titum*, ii, 13: « Sobrie, juste et pie vivamus in hoc seculo, exspectantes beatam spem, et adventum glorie magni Dei. » S. Petrus, *epist. II*, cap. iii, 11: « Cum igitur, inquit, haec omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, exspectantes et prospexit in adventum dei Domini. » Et vers. 13: « Novo vero celos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat. Propter quod, charissimi, haec exspectantes, stragite immaculati et inviolati ei inueniri in pace. » Quocirco Climentus, gradu *De morte: Justus*, inquit, est, qui mortem non timet; sanctus vero et perfectus, qui illam quotidie exspectat. Ita

dominum exspectabat S. Franciscus, undemoriens recitansque *Psalm. cxix*, vers. 8: « Me exspectant justi, donec retribuas mihi, » immortuus est. Et S. Bernardus jubilabat:

Desidero te milles,
Mi Jeu, quando venies,
Me intum quando facies,
Me de te quando saties?

Memorabile et terrible est quod scribit P[er]petuus de Purgatorio, lib. IV *Reuelat.*, cap. vii, in Purgatorio tertium et superiori esse locum, ubi nulla alia est poena, nisi desiderium pervenienti ad Deum ejusque visionem beatificam. Atque ibi h[oc] desiderio torqueri cor, qui in hac vita non habuerunt perfectum desiderium pervenienti ad Dei presentem ejusque visionem fruendi. Similis loci in Purgatorio meminit Beda, lib. V *Hist.*, cap. xiii; et S. Gregorius, lib. IV *Dial.*, cap. XXXVI; ac Dionysius Carthusianus, in *Dial. de Judicio parte.*, art. 31; et Bellarminus, lib. *De Purgat.*, cap. vi. Est enim quedam indignitas, et quasi vilipendio tantu[m] visionis et glorie Dei, quod non ardenter a fidelibus et Sanctis desideratur, ac signum quod ejus opes et gaudia non satis considerant, ponderent et penetrent, uti par erat.

Vive ergo, o Christiane, tuo Christo, non mundo; vive spiritu, non carnis; vive celo, non gehennæ; vive non temporis, sed eternitatis.

QUANDO REVERTITUR A NUPHIIS. — Videatur hoc esse emblemata parabolæ, ac proinde non necessario applicandum rei per illam significare. Potest tamen illi applicari hoc modo, quod Christus in incarnatione celebrari sponsalia cum Ecclesia et fidelibus omnibus; ascendas vero in celum ebi cum eadem consummarum nuptias, quia per gloriam visionis beatifice infime et indivisibilis. Beatis omnibus uniter per omnem eternitatem. Cum ergo et celis ad judicium animæ cuiusque redit, videatur a nuptiis celestibus redire, ut ad eadem novam sponsan inducat: nuptiae ergo sunt summa unio, summum gaudium, quod Christus habet cum Beatis in celo. Ita S. Gregorius, Beda, *Theophylactus*, *Euthymius*, *Toletus* et alii.

UT CUM VENERIT, O PULSATOR, CONFESTI APPENDANT EI. — Significat Christus nos in vita parare debere virtutes et merita, quibus in morte ornati, hilares et gaudentes occurramus Christo: ne enim tunc locus erit aut tempus operandi, ac vix penitendi; tunc enim sensus sunt hebetat, et animus morbi oppressus, vix potest de peccatis et de salute sua cogitare. Quare imprudentissime faciunt, qui in vita sua voluptatibus indulgent, dicuntque se in morte acturos penitentiam; in morte enim penitentia est sera et coacta, ideoque raro vera, seria et sincera. Audi S. Gregorium, *hom. 13*: « Venit Dominus, cum ad iudicium properat: pulsat vero, cum jam per segritudinis molestias esse mortem vicinam designat; cui confessum aperimus, si hunc cum

amore suscipimus. Aperire enim iudicis pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, et videatur eum, quem contemptissime meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est, pulsanti confessum aperit, quis iudicem sustinet; et cum tempus propinquum mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit. »

37. BEATI SUNT SERVI ILLI, QUOS CUM VENERIS
DOMINUS, INVENIERI VIGILANTES, — solliciti lumbris
praedictos, tenentes lucernas et exspectantes
dominum, uti praecessit: his enim meritum la-
bit premium, solliciti beatitudinem eternam, ut
visione Dei potinatur et fruuntur in omni gloria
et gaudio per omnia saecula saecula. Unde
explicans, subdit:

AMEN DICO VOBIS, QUOD PRECINGET SE, ET FA-
CIEB[IT] ILLOS DISCUMBERI, ET TRANSIENS MINISTRABIT
ILLIS. — Christus par pari reddit suis, in celo
præcinctis precinget se, servis suis serviet; eos
qui laboraverunt in suo obsequio, faciet quies-
cere, discumberere, coenare, ac ministrantibus sibi
familie ipse Rex regum, et Dominus dominan-
tium, misericordia dignatione ministrabit (1).

TRANSIENS. — Solent enim ministri et sponsi mensas obire, ut videant si cui quid desit, illudque et porriganter. Nota: Haec parabolæ acci-
pientia sunt, non propriæ, ut patet; in celo omnia
non sunt singula, nec præcincti, nec mensæ, nec
discubitus, nec transaneutes, nec ministrantes.
Tantum ergo dicere vult Christus: primo, se
inimicatum pro omnibus bonis dominis, ac ini-
nitatis majorum fidelibus suis servis in celo ho-
norem exhibitorum; ut sollicito ibi eos ex servis
faciat quasi dominos, quibus communiet et ad-
ministraret communionem sui epuli nuptialis, id
est felicitatis et glorie coelestis. Idque secundo,
se facturum cum multiplicibus et indesinibus
seruicis, id est voluptatibus et deliciis tam animæ
quam corporis; ac tertio, provisurum ne quid cui
desit, non tantum necessarium, sed et jucundum,
aut optatum et desideratum: faciet enim ne quis
quid desideret, quia omnia desiderata, immo et
desiderant possunt, superabundanter largietur,
et uti illud: « Satiatione cum apparuerit gloria tua. » El: « Inebriabitur ab ubertate domus tue,
et torrente voluptatis tue potabis eos. » Quarto,
se pro meritis cuique alias et alias delicias appo-
situm: ἃ enim « transiens, » significat conam
for pro meritis cuiusque vivam et laetissimam;
et vero « ministrabit » fore honorificissimam;

(4) Ad accurritorem imaginis hoc loco proposita in-
telligentiam, tenendum est *primo*, apud Hebreos sermo-
rum sicutum nequitum fuisse durum atque iniquum; se-
condo, usitatum fuisse amicis comunitibus offerre vari-
genas et cibaria domum mittenda. Imago igitur a Christo
adhibita haec est: Herus hilari animo et convito nuptiali
reversus reperit servos vigilantes, lotusque de hac eorum
alacritate et vigilante, ut virtutem eorum insigni modo
remuneretur, cibaria domum missa ipse inter eos distri-
but.